

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

Cap. IV. Ad excerptum & Locos Communes conficiendos cogit nos summa
necessitas.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

ET L. C. COLLIGENDI.

manu descripsit, autore Luciano, Dialogo adversus indoctum. Sape enim Lector oculis per paginas volat, & cursim ad alia atque alia properat, cum graviter excerpit & annotat, crebrius subsistere cogitur, & pedem figere; ita dum lectis immoratur, dum relegit & retractat, longè melius, quæ retinenda, penetrat, ut iterum Drexelius observ. loc. jam alleg.

V. Excerpta & Notæ annorum plurium labores fidelissime custodiunt, & memoriæ suppetias ferunt. Loci Communes sunt Memoria vicaria vel subsidiaria, succenturiatum memoriæ subsidium, & signum representativum, quo memoriæ repræsentatur id, quod potest excidere, Ketkermanno in appar. practic. c. i. consil. Logic. & Alstedio in Orator. Lib. II. pag. 20. seq. & Lib. VI. de Rhetor. Ecclesi. pag. 298. oblivionis medicamentum. Quod oblivio (quæ memoriæ est privatio, sive, ut Plato loquitur *μνησκήδης*, memoriæ exitus) surripit, hoc Excerpta & Loci Communes restituunt.

CAP. IV.

Ad excerptandum & Locos Communes conficiendos cogit nos summa necessitas;

Exigit excerptandi solertiam I. Memoriæ lubricitas, infidelitas & fragilitas; Seneca in pro-

RATIO LEGENDI AUTORES.

œmio Controv. scribit; *Memoria est resex omnibus partibus animi maximè delicata & fragilis; in quam primam senectus incurrit. S. Augustinus libr. II. contra Academ. Memoriam infidam rerum excogitatarum custodem appellat. Et Soliloqv. Lib. I. inquit; Difficile, imo impossibile esse, excogitata omnia bene posse servare. Idem ait Drexelius loc. sæpius citato cap. II. Omnium, quæ audis, quæ vides, quæ legis, meminisse, non hominis, sed genii cælestis. Memoria humana segnis, angusta, volatilis, infidelis est, nisi suis fulciatur adminiculis. Sed tenacissima sit, fieri tamen non potest, ut omnium retinens sit, quæ pluribus annis studiosa lectio retineri vellet. -- Plurima quidem, eaque diversissima complectitur, sed brevi velut oneris impatiens, aut admissorum hospitem pertæsa, longe facilius dimittit, quam admiserit. Memoria vas multorum copax, sed rimarum plenum, hac atque illac perfluit. -- Memoria grande ac necessarium, sed tamen volatile & caducum vitæ bonum, quod oblivio quotidie oppugnat, quod unicus subinde morbus totum eripit &c. Excerpto itaque & enotando labili memoriæ subsidium & fragilitati ejus remedium parandum est. Alstedius in Oratore suo Lib. II. sect. I. pag. 20. Est, inquit, rerum & verborum major copia,*

copia,

copia, quam ut possit ab unius hominis memoria, utut felicissima, distinctè & fideliter retineri. Si quis itaque habeat Locos communes, locupletes illos & rectè adornatos, maximum utique memoria habet thesaurum. Matthæus Gribaldus loc. supra citat. Magnopere enitendum est, inquit, ut quod memoria viribus effici non potest, solerti id calamo suppleatur. Sunt, qui nullos Locos Communes adornant, nullos adornandos esse clamant, adornatos, tanquam non necessarios, exhibitant, additâ hâc ratione, quia sic memoria naturalis negligatur. Sed rectè respondet jam dictus Alstedius loco citato; Memoria naturalis & memoria subsidiaria, sive Loci Communes sunt subordinata: Subordinata autem non pugnant. Et ut Medicus robustam naturam non ledit, dum eam certâ diatâ præscriptione adversus morbos munit: item, ut miles succenturiatus non obest duci suo, sed potius ei subservit; ita etiam Loci Communes eloquentia, qui nihil aliud sunt, quam succenturiatum memoria subsidium, naturali memoria non tantum nihil obstant, sed etiam valde sunt necessarii.

II. Marsupii egestas & librorum quorundam penuria & raritas. Quorum virtutibus obstat Res angusta domi, illi, quod deest moneta,

RATIO LEGENDI AVTORES

non patiantur deesse solertia. Multi Studioforum indigentia & nummorum & librorum laborant, nec diu in Academiis subsistere, aut variam librorum supellectilem sibi comparare possunt; hi, dum Librorum copia suppetit, stylum & calamum nunquam deponant, sed incessanter ex libris mutuo fortè sumptis enotent, & in adversaria sua ac Locos Communes reponant, prae usibus suis inservire putabunt. *Si liber per se rarius sit, quem commodato aut casu accepimus, tunc opere pretium est, consignare, quæ excidere nolumus,* inquit B. Hulsemannus in Method. Studii Theolog. pag. 322. Tantò itaque in excerptando promptior aliquis esse debet, quantò certior est, librum non ubivis fore obvium.

III. *Negotiorum, aliorumque impedimentorum multitudo & varietas.* Sapius morbo vel causâ fonticâ vel negotiis impediti, nobis ac literis vacare, aut libros evolvere non possumus struenda nihilominus brevi tempore oratio, paranda concio, quandoque etiam in itinere, ubi ad manus libri non sunt. Hoc casu maximè necessarium est, habere in promptu Locos Communes, & Collectanea, ad quos confugere, & ex quibus Pro re nata de quavis re, proposita ex tempore disserere & contra quoslibet

Ec-